



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

3. Legatos Hiemans Hic Regia Dona Ferentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

Item Gobelius Persona. in Cosmodr. Ætat. 6. cap. 38. Cranzius Metrop. lib. 1. cap. 12. Georgij Fabricij Origin. Saxon. lib. 4. hæc sunt verba; *in eo loco, qui à stabulis Principum Herenstelle appellatus fuit.* Henricus de Hervordia nominat *Erestal*, alibi tamen *Herestelle*. Contra Henricus Meibomius non tam à castris eo loco positus, quàm à palatio Francico in dicecesi Leodiensi, cui situ loci & amœnitate simile fuerit, denominatum *Heristallum* putat. Palatij illius meminit auctor vitæ Caroli M. ubi villam vocat: meminit auctor vitæ Ludovici Pij, & Regino, alijque. Reinecus verò Reineccius in notis ad Poët. Anonym. *Heristallum Francicum* cum *Saxonico* malè confundit.

3. LEGATOS HIEMANS HIC REGIA DONA FERENTES. Annal. Francici incerti auctoris apud Pithæum. An. 798. *Carlus cum exercitu hiemavit in Heristallio Saxonico. Hadofuns rex Gallitiae & Hasturia, per Floram legatum suum, papilionem miræ pulchritudinis regi transmisit.* Vita Caroli M. apud Pithæum. *Venit autem ad eum legatus Adelfonsi regis Gallitiae & Asturie nomine Froja, presentans papilionem miræ pulchritudinis.* Adelm. Poëta Anonym. Regino.

4. AVDIIT. ET NATOS IVSSIT ADESSE SVOS. Astronom. apud Reuber. *Exercitum verò quem secum adduxit, per totam Saxoniæ in hiberna divisit. Illuc Pipinum de Italica, & Ludovicum de Hispanica expeditione regressos ad se venire iussit: Ibi legatos Hunorum cum magnis muneribus ad se missos audivit, & absolvit. Ibi legatum Adelfonsi regis Asturicæ atque Galeticæ, sibi dona deferentem suscepit. Inde Pipinum ad Italiam, Ludovicum ad Aquitaniam remisit: cum quo & Abdellam Saracenum ire iussit, &c.* Rex autem in Saxo-

Q 2

nia